



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

31. Octobris. Modò non desit vobis humilitas, non desit mansuetudo, non  
decrit utique Deo benignitas ad vos adjuvandos. S. Ignat. Epist. ad Hispan.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

\* (307) \*

cunque opum affluat, pauper eris ; si eas  
dem stringas , quidquid defuerit , satis  
habebis.

Nec abbreviata,nec exhausta est manus  
Domini , non necessaria tantum hactenus  
suis suffecit, sed usque ad delicias,etiam in  
deserto,pavit.

### 31. Octobris.

*Modò non desit vobis humilitas , non desit  
mansuetudo , non deerit utique Deo be-  
nignitas ad vos adjuvandos. S. Ignat.  
Epist. ad Hispan.*

**M**alitia nunquam superat malitiam,  
bonitate vincenda est. Et licet vi-  
tium vitio, ut clavus clavo expugnari pos-  
set, præstaret hanc virtuti dare gloriam , ut  
ipsa vincat.

Quod vis non potuit, effecit mansuetu-  
do ; nec ulla efficacior ad persuadendum  
eloquentia,quam patientia : hæc mala, &  
malos superat, expugnat contumaciam.

Quod concoctio , & digestio ciborum  
ad sanitatem corporis,hoc mansuetudo ad  
publicam pacem facit: utraque virtute in  
sui commodum transformat incommoda.

Duplex est mansuetudinis beneficium:  
mis

minuit damna corporis, & auger animi bona ; duplex pariter pacis artificium : nemini dat offendæ materiam, & datum non accipit ; sed & duplex præmium : quod Deo grata sit, & hominibus.

### I. Novembris.

*Non abundantia scientia, sed sensus, gustus rerum interior, desiderium animo explorare solet. S. Iguat, in ann. Exerc.*

**U**t opinio non tollit ægritudinem, nec imaginatio famam sedat, ita docta rerum spiritualium speculatio plenam non efficit, si ei medulla, quæ in motu voluntatis consistit, non adsit.

*Sola contemplatio labor est, sed sine fructu; seminatur multum, & meritur parum affectui proventus hic tribuitur, non intellectui : cogitare de bono, bonum non facit : agnoscere veritatem, non est impudenter.*

Nullius hominis intellectus dæmones doctior, novit is apices omnes, scripturarum mysteria omnia intimè cognoscit, perspectas habet singulas fidei veritates manet tamen obstinatus in malo. Vide, quid cognitio prospicit ad sanctitatem?

Age.